AUGUSTINUS
Saint-Amand, Anfang 9. Jh.
Seite 197
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38221
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

in hodiernum diem, Tunc impleatur quod dictum est per hiere
mam prophetam dicentem. Et acceperunt XXX argenteos pretium
adpreciati quem adpreciauerunt filii Israel. Et dederunt eos in agrum
figuli sicut constituit mihi dominus, Si quis autem mouetur quod hoc est testi
monium non inuenitur in scripturis hieremiae prophetae, Et ideo putat
fidei euangelistae aliquid derogandum primo nouerit. Non omnes
codices euangeliorum habere quod hieremiam dictum sit, Sed tan
tummodo prophetam possumus ergo dicere his potius codicibus
esse credendum Qui hieremiae non habent nomen, Dictum est
enim hoc per prophetam. sed zachariam unde putatur codices esse
mendosus. qui habent nomen hieremiae. Qui uel zachariae
habere debuerunt, Uel nullius sicut quidam. sed tamen prophetam
dicentem quutiq; intellegitur zachariae. sed uratur tacdefensio
ne cui placet. Mihi autem cur non placeat, Haec causa est quia
et plures codices habent hieremiae nomen. et quod diligentius in graecis
exemplaribus euangelium considerauerunt mantiquioribus graecis
litteis perhibent inuenisse, Et nulla fuit causa cur adderetur hoc
nomen. ut mendositas fieret, Cur autem de nonnullis codicibus
tolleretur, fuit utiq; causa ut hoc caudax in pertinacia faceret cum
turbaretur questione. quod hoc testimonium apud hieremia
non inuenireatur, Quidergo intellegendum est. Nisi hoc factum
esse secretiore consilio prouidentia dei quamentes euangelista
rum sunt gubernate. Potuit enim fieri ut ammo quodergo hinc
argumentum sumere conantur. Uel infideles uel imperitahomines
quasi ad ostendendam dissonantiam sororum euangelistarum. hoc
potius debent adsumere fideles et docti ad ostendendam unitatem
sororum et iam prophetarum, Et alia causa quae embiuidetur aliote pr
diligentius pertractanda ne amplius sermone protendamus.
Quam huius operis terminandi necessitas flagitat, Cur hoc non
hieremiae in testimonio zachariae sic mane permissum,
Uel potius sci spiritus auctoritate praeceptum sit, Est apud hiere
miam quod emerit agrum a filio fratris sui. et dederit ei argentum